

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Loquacitas ac cum fontibus primis

Quidam a Pictagora querens
quomodo inter sapientes
discipulos computari possit,
respondit:

Serua silentium, donec
necessarium sit tibi loqui.

Si

nichil dixeris nisi quod bene scieris, ←
si gesseris optima, et locutus ←
fueris pauca.

Nam

silentium signum est sapiencie et
loquacitas signum stulticie.

Ne festines respondere, donec fuerit finis
interrogationis, nec questionem in
conuentu soluere temptes cum
sapientiolem te interesse prospexeris.

Pictagoras in suis preceptis.

Discipulus magistro:

Quomodo habendo me inter sapientes
discipulos computabor?

Magister:

Serua silentium, donec
sit tibi loqui necessarium.

Ait enim philosophus:

Silentium est signum sapiencie et
loquacitas est signum stulticie.

– Alius:

Ne festines respondere donec fuerit finis
interrogacionis, nec questionem in
conuentu factam soluere temptes, cum
sapientiolem te ibi esse prospexeris,
nec questionem alii cuiquam facte
respondeas, nec laudem appetas pro re
tibi incognita.

Petrus Alphonsus, *Disciplina clericalis*,
2 (A. Hilka & W. Söderhjelm eds., p.8,
ll.9-18).

Agesilaus interrogatus, quemadmodum
quis hominibus placere posset,

→ Si gesserit, inquit, optima et locutus
fuerit pauca.

Socrates inquirenti cuidam, quomodo
posset optime dicere, respondit:

→ Nihil dixeris, nisi quod bene scieris.

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis
philosophorum*, 43, 1-2 (E. Woelfflin
ed., p.33).